reducat: iterum potest inungi·qz iã est alius infirmitatis stat⁹: q̃uis sit eadẽ infirmitas. Et notandũ q magister in compendio theologicę veritatis dicit q̃ñ sępe quis ad mortem infirmatur sępe potest inungi·ß in vna infirmitate nõ debet aliqs bis inungi: nisi eadẽ infirmitas vltra annum ꝓtrahatur·ita q in vno anno ꝓpter vnaz infirmitatem nequaq̃ bis inungat. Sz Bonauẽtura super quarto redarguit hoc dicẽs: Absurdũ est q sacramẽta regulentur ꝑm motum astrorum.

¶ Effectus extremę vnctionis.

Bq Quęrit⁹ quis sit effectus extremę vnctionis? Respondeo q est quadruplex quorũ duos ponit beatus Tho·super.iiij.di.xxij.z alios duos magister in cõpendio theologicę veritatis. ¶ Primus effect⁹ z ꝑncipalis ꝑm beatum Tho·est sanatio quędam spũalis: quę datur cõtra quandam debilitatem vel ineptitudinem quę ĩ nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali·contra quam debilitatẽ homo roboratur per hoc sacramentũ·qz hoc robur gratiam facit q̃ non patit secũ peccatuz. Ideo excõsequenti si inuenit peccatum aliqd̃ veniale vel mortale quo ad culpam: tollit ipsũ dũmodo nõ apponat obex ex parte recipientis. ¶ Secũdari⁹ autẽ effectus est sanitas corporalis·hanc tamen nõ inducit nisi ꝑm q expedit ad finem ꝑncipalem scilicet spiritualem sanationez. Et tunc semper eam inducit dũmodo non fit impedimẽtum ex parte recipientis. Et licz in ipso multę fiant inunctiones: vltima tamen ẽ formalis respectu omniũ p̃cedentium·et agit in virtute earum. Et ideo in vltima vnctione gratia infũditur: quę effectum sacramenti prębet. Hęc beat⁹ Tho. ¶ Tertius effect⁹ ꝑm magistruz in compendio theologicę veritatis est q valet hoc sacramẽtũ ad deuotionez excitandã. ¶ Quartus effectus est q valet ad velociorem transitũ ad cęlũ.

¶ De sacramento ordinis·z de dignitate sacerdotum.

v Os estis genus electum·regale sacerdotium·gens sancta·popul⁹ acquisitionis.j.ꝑet.ij. In istis verbis ostendit nobis beatus petrus prerogatiuaz et dignitatem ordinis sacerdotalis. Et lz omnes homines sint genus dei: soli tamen sacerdotes sunt genus electuz a deo. Unde sciendum q sicut sũt nouem chori angelorum in cęlo: sic sunt nouẽ dignitates sacerdotuz. ¶ Prima est q sacerdotes sunt super omnes reges z principes terrę. Hiere.j. Ego constituam te super omnes gentes et regna·vt euellas scilicz malos mores et vitia·et dissipes hereses et ędifices bona opera·z plantes virtutes in animabus. Itez patet: quia dignitas sacerdotalis habet reges facere z consecrare. Sed omnes reges non possunt sacerdotem facere. In signuz q maiores sunt: tunc nõ est iam ꝓnceps adeo potens quin tenetur ceruicem suaz in confessione humiliare coram sacerdote loco dei·quia ẽ vicarius eius. Unde breuiter deus exaltauit sacerdotes super omnes homines. Unde quidã doctor. Sacerdos est altior regibus·felicior angelis·creator creatoris. ¶ Secundo honorauit eos in tẽporalibus·quia illa q̃ deus sibi reseruauit·scz decimas oblatiões testamẽta z ꝓmissas z alia patrimonia crucifixi: grat̃ illis ꝓtulit ꝓ sustẽtatiõe corpis vt illi sine labore (cuz alios hoies laborare oportet

p̄ sustentatione corp̄is) quietius d̄eo seruiant ī spūalibus. ¶ Tertio honorauit eos in emunitatez cōferendo·q̄ nullus terren⁹ p̄nceps sup eos iurisdictionem habeat: nec rex nec princeps: nec aliq̄s hoīuz secularīū audeat manus suas violēter in eos mittere·etiā in minimū·id est·in acolituz. Oppositum faciens eo facto excōmunicatus ē maiori excōmunicatiōe tam ī cęlo q̄ in terra. Sic etiam p̄tegit eos q̄ null⁹ audeat eos p̄turbare verbis vel factī. Quia dñs opprobriū illis illatuz q̄si sibi reputat factū. Unde dñs dicit p̄ ꝓphetā Zach.ij. Qui tetigerit vos tāgit pupillam oculi mei.pš. Nolite tāgere christos meos: z in ꝓphetis meis nolite malignari. Quare etiā nec verbis sunt molestandi: ꝫ honorandi: vt dicit dñs ad moysen z aaron. Benedicam benedicētibus vos. Unī Henricus d̄ firmaria super quarto p̄cepto dicit: Uę illis qui sacerdotib⁹ z religiosis detrahunt z defamant·rursus crucifigentes filiū dei in semetipsis·vt ait apl's. Detrahētes enim sacerdotibus christū coronāt·inferentes eis iniurias clauis christū crucifigūt. Cōuiciātes eos: christū conspuūt. Exprobrantes eos z habētes eos exosos: christuz lancea transfigunt. Unde etiaz ab ecclesia sacerdotes sunt p̄uilegiati in tātum vt quicunq̄ contra libertatē ¡cleri statuta faciūt vel talia statuta seruant excōmunicationē incurrūt. Item nullus principum secularīū audet exactiones facere in clerum. Itez nec aliq̄s debet pedagiuz recipere a clericis: al's incurrunt sententiā excōmunicatiōis nec a p̄dicta excōmunicatiōe absolui possūt nisi plene restituerint. ¶ Quarto honorauit eos in hoc q̄ cōmisit eis animas fideliū·id est·ecclesiaz sanctā

Unde Chryso. Cęlo et angelis z oī creatura honorabiliorē ecclesia. Christus ecclesiam amplius diligit q̄ seip sum. Unde venit de cęlo in terram·et xxxiij·annis pro ea seruiuit: z tandem amaram mortem p̄ ea sustinuit. Et iā dat ei corpus suuz in cibum z sanguinem suum in potuz. Et post hanc vitā dat ei seipsum in cęlo in p̄miū. Insup hanc dilectam ecclesiam cōmisit sacerdotibus cuz omnibus donis·id est·sacramētis. Solus enī ordo sacerdotalis ex officio habet baptiçare: q̄uis ī necessitate cuilibet liceat. Item solus habet conferre sacramētū confirmationis. Item solus habet confessiones audire: z a peccatī absoluere z pnitētias iniū gere. Unde Job .xx. Accipite spiritū sanctum z quorum remiseritis peccata remittūtur eis. Itez solus habet porrigere sacramentuz extremę vnctionis·z sic de alijs. In hac dignitate incōp̄hensibili eos honorauit singulariter p̄ omnibus hominib⁹. Unī Matth.v. Uos estis lux mundi. Sicut mundus nihil est sine luce sic ecclesia nihil sine sacerdotibus. Quīto honorauit eos in hoc q̄ vult vt districte obediatur eis loco sui ab omnib⁹ hominibus cuiuscunq̄ status z conditionis fuerīt. Luc.x. Qui vos audit me audit· et qui vos spernit me spernit. Aug⁹. Quicquid non licz pastoris est prohibere ne fiat·gregis audire ne faciat. Ergo obediēdum ē eis tanq̄ christo quando p̄cipiunt hominibus ieiunare festiuare·z sic de alijs. Ideo cōminatur dominus inobedientibus et rebellis. Deut. xvij. Qui supbierit nolens obedire sacerdotis imperio morte moriat. Exemplū de dathan ꝫ abyrō z choze qui rebelles fuerunt moysi et aaron. Et terra se aperuit z vivos eos

absorbuit. ¶ Sexto honorauit eos dando eis potestatez ligandi z soluẽdi. Matth. xviij. Quodcũqz ligaueritis super terram erit ligatuz z in celis z quodcũqz solueritis super terraz ꝛc. Hec potestas ligandi atqz soluendi vno modo intelligit de excõmunicatione que est gladius spiritualis: z est multuz timenda ꝓpter quinqz. hoc q̃re. iij. ℟. Alio modo hec potestas itel ligitur de absolutiõe peccatoruz. Vñ episcopus quando ordinat sacerdotes exufflat in eos dicens illud Joh. xx. Accipite spiritũ sanctũ quoruũ remiserit peccata ꝛc. ¶ Septimo honorauit eos in hoc q̃ nominãtur in scripturis sanctis angeli. Unde Greg⁹. Omnes qui sacerdotij nomĩe censentur: angeli nominant. Quare autẽ angeli nominãtur: ℟espondeo quia habent similitudinẽ cũ angelis. Primo quia officiũ angeli est ministrare deo et hominib⁹. Quia ꝑm aplm. Omnes sunt ãministratorij spiritus. Sic et sacerdotes habẽt ministrare deo die noctuqz z hominibus cum sacramentis. Secũdo quia angelus est vita purus sic z quilibet sacerdos tenetur esse castus: que est vita angelica. Ambrosi⁹. Qui non nubũt neqz vxores ducunt sicut angeli in terris sũt. Damascen⁹ li. iij. A nuptijs abstinentia ẽ angelorum imitatio. Tertio angeli habent ĩ formare z ãmonere omnes per bonaz inspirationez: sic z sacerdotes per verbum dei. Quarto angeli habent deũ laudare. ps. Laudate deuz omnes angeli. Sic z sacerdotes quotidie ſ̃ peccato mortali tenẽtur ꝓsoluere septem horas canonicas ĩ laudẽ dei. ¶ Octauo honorauit eos in ſ̃ q̃ sacerdos aliquo modo ẽ sibis marie virgini. Primo quia sicut beata maria ꝑ quinqz verba concepit iesum christum. Luc. j Fiat mihi ꝑm verbum tuum: sic sacerdos conficit ꝑ quinqz verba verum corpus christi. Et sicut ĩmediate post cõsensum marie fuit totus christus in vtero eius: sic ĩmediate post ꝓlationez verborum consecrationis transubstãtiatur panis in verum corpus christi. Secũdo sicut beata virgo post ꝑtum christum portauit manibus suis: z in ꝓsepe collocauit. Et eum econuerso leuauit. Sic sacerdos post consecrationem leuat christum z locat eum econuerso z portat z tractat euz manibus suis. Tertio sicut beata virgo fuit sanctificata ĩ vtero anteqz concepit christum. ps. Sanctificauit tabernaculuz suum altissimus: sic sacerdos antea ordinatur anteqz ꝓsecrat: q̃ sine ordĩe nihil consecraret. Ergo laicus quãtũcunqz sanctus nihil ageret etiã si verba ꝓsecrationis ꝓferret. ¶ Nono honorauit eos super angelos z etiã aliq̃ mõ sup dignitatez beate marie virginis. Primo ĩ dignitate custodie. Sacerdos enĩ hz custodire plures aias sic eps totũ episcopatũ: papa totũ mũdũ: pleban⁹ totã parochiã. Bern⁹. O qz digni custodes qui tam sollicite ꝓuigilãt: vt animas sibi creditas a morte eterna custodiãt. Sed angelus tm̃ habet custodire vnam animaz. Bern⁹. Magna dignitas aiaꝝ vt vnaquaqz ab ortu natiuitatis in sui custodiã habeat angelum deputatum. Secundo in sumendo z tangendo corpus christi. Angelorum enim est videre deum. Matth. xviij. Angeli eorum semp vident faciem patris mei qui in celis est Sed in hoc sacerdos maior ẽ angelo quia ille videt: iste autem tractat et cũ hoc sumit: quod nũqz sic datum ẽ alicui angelo q̃ sic sumat: ſ̃ sufficit ei deũ

t

contẽplari. Tertio in consecrando corpus christi. In hoc sacerdos non solũ angelos: sed etiam virginem mariam matrem christi aliquo modo pręcellit Quia ei nec alicui angelo data ẽ tãlis potestas cõficiendi corp⁹ christi. Unde minimus sacerdos in terris potest hoc quod non potest maximus angelus in cęlo. Bern. O venerãda dignitas sacerdotum in quorum manibus dei filius tanq̃ in vtero virginis incarnatur. Greg⁹. Ille qui creauit me: dedit mihi creare se mediante me. O venerabiliuz manuũ sanctitudo· o fęlix exercitium· vbi sacerdos tractat dei filium. Aug⁹ dicit q̃ in cõsecratione sacrę hostię tota curia cęlestis sibi seruit z dominus cęli ad euz descendit. Ambrosius super Lucaz. Non dubites assistere angelos quando assistit christ⁹ in altari· scilicet quando imolat. Uñ christus potest dicere cuilibet sacerdoti illud Esa. v. Quid vltra debui facere z non feci ꝛc.

De malis sacerdotibus fornicariis z concubinariis.

Quęritur vtruz ordinat⁹ existens ī peccato mortali possit sine peccato vti ordine suscepto: Respõdeo ꝑm beatũ Tho. in. iiij di. xxiij. Non põt· nam facit contra illud ꝓceptum Deut. xvj. Juste q̃ iustum est exequeris. Indigne enī sacrũ pertractat. Neq̃ in hoc aliquis potest dispensare· quia est de iure naturali vt homo sancta sancte pertractet. Uñ talis quotiẽs actuz alicuius ordinis facit peccat mortaliter· vt qui tangit res sacras q̃si suo vtẽs officio peccat mortaliter. Secus autem si aliqua necessitate aliquod sacrum cõtingeret vel exequeretur in illo casu quo etiaz laicis liceret: puta si baptięaret in articulo necessitatis· vel corp⁹ christi de terra colligeret. Concordat Al· et Raymũ.

Sciendum q̃ etiam dictis certissime constat q̃ sacerdos fornicari⁹ etiam quãtumcũq̃ occultus vel etiaz sacerdos existens scienter in quocunq̃ peccato mortali nondum vere contritus nec dignam agens pęnitentiaz vt oportet· in eo q̃ baptięat aut absolut cõfitentes vel prędicat· aut matrimonia solenniçat· vel sacramẽtum eucharistię vel extremę vnctionis prębet· vel mortuos sepelit· aut mulieres post partum introducit· vel aquam vel salem ī dominica exorçięat· aut populũ aspergit· vel candelas in festo purificationis· aut ramos in die palmarum· vel ignem aut cęreum vel baptismum in vigilia pascę vel pentecostes benedicit vel quod maius omnibus bis est missam celebrat: aut sacramentuz eucharistię consecrat atq̃ sumit. In omnibus istis necnon actibus alijs qui sacris ordinibus sunt annexi· aut ī quolibet ipsorum singulariter quemlibet exercendo peccat mortaliter. Et totiẽs quotiens aliquem actum vt minister ecclesię exequitur et exercet. Sicut ex dict⁹ sancti Thomę de aquino vbi supra manifestissime comprobat· ac etiam non solum in prescriptis actibus· sed etiam ꝑm Dionysium quando et quotiẽs ad aliquem huiusmodi actũ exercendum aliquam vestem induit siue sumit· vt vel albam vel manipulũ vel stolam aut casulã aut alias sacras vestes cõmuniter vel diuisim. Quod reuera satis est horrendum et stupendum atq̃ etiã periculosum valde. In tali videlicet statu atq̃ dignitate tot z tantis criminbus subiacere atq̃ implicari. Unde non ĩmerito dr. Quãto altior gradus tãto sublimior casus

Sacerdos incontinens z fornicarius est suspensus ipso iure z missa eꝰ non debet audiri. vt patet extra de cohabitatiõe clericoꝝ z mulieꝝ. c. vlta. audiens autẽ missam eius peccat mortaliter ꝑm sanctũ Tho. in. x. quodlibeto. q. viij. Hoc autẽ itelligitur de publicis fornicarijs. Quęritur si talis celebret vtrum fiat irregularis? Respõdeo q sic. Hęc wilhelmus Quęritur vtrum episcopus possit cum talibus dispensare? Respondeo q sic. Et quo dispensatio in hoc casu non est ꝓhibita. Et iura quę inueniunt in cõtrariũ illa ꝓtendunt de suspenso ab homine non a iure. quia iura benignius solẽt agere cũ homines. Hęc wilhel. Quęritur vtruz clerici qui expẽdunt patrimoniũ crucifixi cum meretricibus teneantur ad restitutionẽ? Respondeo q clerici qui res ecclesię dant nõ soluz meretricibus: sed etiam histrionibus vel etiam suis cõsanguineis nõ ꝓpter naturam sustentandam: sed vt faciãt eos diuites ꝺ patrimonio crucifixi: raptores sunt z tenẽtur ad restitutionez.

Quęritur vnde faciant restitutionem? Respõdeo si habent patrimonium sęculare: vel aliq̃d de artificio vel labore manuũ: de istis possunt restituere. Sed de rebus ecclesię non sufficit restituere: quia quicquid eis superest scilicet supra victuz z vestitum. hoc debet dari pauperibꝰ. Nisi tunc subtraherẽt sibi de necessarijs. vel nisi res q̃s habuerunt de patrimonio vel de artificio expendissent ī vsus ecclesię. Hęc wilhelmus. Utrum concubinę sacerdotum teneãtur restituere quę a sacerdotibus ꝓ tali illicito opere recipiunt? Respondeo ꝑm Ray. q sic. Nam fornicarię et huiusmodi turpes personę tenentur restituere ipsi ecclesię: nisi forte eis fuerit datuz causa elemosynę in sũma necessitate. quia tunc fuit debitũ Idẽ Hostiẽsis. Quęritur si notorius fornicator possit absoluere? Respondeo q nõ. Quia suspensus est quo ad se z etiã quo ad alios vt habetur extra de cohabitatiõe clericoꝝ. c. quęsitum. Et sciendum q magister in compẽdio theologicę veritatis dicit: Quis omnes sacerdotes habeant claues: nõ tamen omnes possunt ligare et soluere: sicut excõmunicati suspensi z hęretici damnati. hoc autem non est ꝓpter defectum ordinis: sed quia non habent materiam. scilicz subditos qui auferũtur eis cuz excõmunicãtur. possunt tamen baptizare. quia hoc est sacramentum necessitatis. possunt quoq; tales eucharistiam consecrare: quia ꝺ substantialiter adheret ordini. ligare aũt z soluere adheret ordini accidẽtaliter.

De sacramẽto matrimonij.

Matrimoniuz honorauit deꝰ multipliciter. Primo in hoc q ipse per se instituit. Secundo in loco digniori qui sub cęlo est: hoc est in paradiso. Tertio ī statu innocentię. Quarto q nasci voluit de beata virgine quę fuit ī statu matrimonij cõstituta. Quinto q ꝓsens voluit esse in nuptijs cum matre et discipulis suis. Et ibi ostendit deitatẽ suam mutando aquam in vinum in cõspectu discipuloꝝ suoruz. Sexto q ẽ vnum de septem sacramentis ecclesię. Et quia deus matrimoniũ tam solenniter honorauit: expedit omnino vt homines qui in statu matrimonij ad regnum cęlorum venire desiderant: deũ in matrimonio reꝺhonorent. Quicunq; ergo iuste et legitime vult stare ī matrimonio: z vt saluet ī mrimonio